



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ iuramenta in favorem hominum præstita irritari possint, vel remitti,
& à quibus. punct. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Tract. XIV. Disput. III.

P V N C T V M I.

Quæ Iuramenta in honorem Dei præstita iritari, relaxari, commutari possint, & à quibus?

S V M M A R I V M.

1. Gaudens potestate iritandi vota potest hac Iuramenta irritare.
2. Quid de potestate dispensandi? Si sit potestate ordinaria omnes admittunt ad hac Iuramenta extendi.
3. Si delegata plures negant.
4. Limitant aliqui hanc sententiam in Iuramentis, quæ non sunt vota accessoria.
5. Probabilis est, potestam dispensandi in votis extendi ad Iuramenta in honorem Dei præstita.
6. Est satis oppositum fundatum.
7. Propria auctoritate possunt hac Iuramenta in rem euidenter meliorem, imo aqualem commutari.

1. **C**um Iuramentum in honorem Dei præstium naturam voti imitari dixerimus, superiori disput. punct. 1. inde colligitur gaudentes potestate iritandi vota Deo facta, gaudere etiam potestate iritandi Iuramenta, sumitur ex cap. 30. numeri ibi, quæ potestam tribuitur patri & matri relaxandis votis & Iuramentis, & ita docent. D. Thomas 2.2. q. 89. art. 9. ad 3. & ibi Cajetanus, Silvester verbo Iuramentum 5. q. 7. Azor. 1. p. lib. 11. institutionum moralium c. 10 fine. Toletus lib. 4. sum. c. 23. num. 1. Lethus lib. 2. de iustitia c. 42. dub. 12. numero 6.1. Sanch. alii relatis lib. 3. cap. 19. numero 2. Ratio est manifesta: quia potestas iritandi prouenit ex potestate dominativa in personam vel in materia promissam. Qui ergo ab potestate dominativa in personam, vel in materia promissam iritare vota potest: poterit & Iuramenta, quæ naturam voti imitantur. Qui autem hi sunt, loquentes de voto dicimus.

2. De potestate dispensandi & commutandi, maior est difficultas an habentes potestatem dispensandi vel commutandi vota, habeant potestatem dispensandi Iuramenta in honorem Dei præstria.

Eidem si loquamus de habentibus potestatem ordinariam, recepta est omnium sententia affirmans potestem dispensare, vel commutare vota, posse etiam Iuramenta eius materie Dei præstita. Sic Sanchez lib. 3. de Iurament. cap. 19. numero 5. & lib. 8. de matrimonio diffus. 2. numero 16. Basilius Legionensis lib. 8. de matrimonio c. 11. numero 1. Azor. 1. p. lib. 11. cap. 10. q. 2. At si loquamus de potestate delegata.

3. Prima sententia negat, quam tradit Nauarus sum. c. 27. num. 275. vers. 16. Azor. tom. 1. sum. lib. 11. c. 10. q. 2. Petrus de Ledesma 2. tom. sum. tract. 11. cap. 4. difficultate 4. Bonacina tom. 2. diff. 4. q. 1. punct. 17. num. 11. Mouentur; quia Iuramentum vinculum est diversum à vinculo voti, ut super diff. diximus. Ergo concessa potestate soluendi vinculum voti, non debet censori concessa potesta soluendi vinculum Iuramenti; tametsi vinculum Iuramenti minus sit quam vinculum voti. Illa namque regula, cui conceditur manus concedi confessur id quod minus, procedit, cum illud quod minus est, contingat in maiori tantum pars in toto, aut species in genere. At cum vinculum Iuramenti pars in ratione in voto non continetur, effici videtur facultatem concessam dispensandi, vel commutandi vota ad Iuramenta hoc non extendi. 2. Priuilegium gratis concessum, & præcipue ad tollendam obligationem naturaliem, & diuinam strictè interpretandum est iuxta textum in cap. porro de priuilegiis c. cum in illos 17. & c. cui de non Sacerdotiali 27. de probandis lib. 6. Ergo priuilegium dispensandi in votis non est excedendum ad Iuramenta. 2. Ex stylo curiae speciale priuilegium conceditur ad communandi vel dispensandi votis, ut manifeste constat ex compendio priuilegiorum nostrarum societatis. Verbo communio. §. 1. Et notaui Azor. d. q. 2. in fine.

Hanc sententiam extundunt supra dicti Doctores specialiter Azor. & Bonac. Supra, esto Iuramentum votum confirmare, illuc sit accessoriū. Nam eo ipso (inquit) redditur illud votum nono illo vinculo superuenienti ita roboratum, & confirmatum, ut potens dispensare vel commutare vota, illud communandi vel dispensandi votis, ut manifeste constat ex compendio priuilegiorum nostrarum societatis.

4. Secunda sententia temporat precedenti media via procedens: distinguunt inter Iuramenta voto accessoria, quæ ad firmandam promissionem assumuntur, & inter Iuramenta.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. II.

Punct. I.

st

menta, quæ voto accessoria non sunt, & ad firmandum bonum propositum assumuntur. Priora Iuramenta confit ex facultate dispensandi vel communandi vota posse dispensari, vel communandi fecus verò posteriora. Sic videtur tenere Lethus lib. 2. c. 42. dub. 12. n. 60. vel. sed vivendum. Sanch. lib. 8. de matrimonio diff. 2. m. 23. & lib. 4. de voto c. 53. n. 18. & 20. Priorum patrem probant: quia eo ipso quæ Iuramentum sit voto accessoria, promissionemque confirmat, sublatu vero, & promissione ipsum corrumpere necesse est. Sed potest dispensare in votis, potest votum, cui Iuramentum accedit, dispensare; cum ex adventu Iuramenti non mutetur eius natura. Ergo potest in Iuramento illi accessorio. Secundam patrem probant fundamentis prioris sententia adductis.

5. Tertia sententia, cui adhaereo, (est) duas precedentias sint latius probabiles, affirmat, priuilegium concedens commutationem, aut dispensationem votorum excedi ad Iuramenta in honorem Dei præstita, sive accessoria sint vota, sive non sic exprefse Suan. rom. 2. de Religione tradi de voto lib. 6. c. 14. à numero 4. Emanuel Sæ, verbo votum, de voti iritatis numero 16. probabilem reputant Sanch. & Lethus. supra. Ratio præcipua est: quia hæc Iuramenta ob affinitatem cum votis vota in communis hominum estimatione reputantur. Ut latius colligitur ex Textu in cap. peruenit el secundo de iurecurando. Vbi dicitur propositum aut promissum non infringit, qui in melius commutat. Nomine enim propofiti, aut promissi non solum votum, sed Iuramentum intelligitur; tum quia sub titulo de iurecurando ponitur, tum quia certissimum est, Iuramentum, cuius Deus creditor est, posse in melius commutari, quia illi est gratius. Ergo priuilegium respiciens vota hæc Iuramenta respicit.

6. Hinc solutum est fundamentum præcipuum prioris sententia. Nam esto vinculum Iuramenti distinctum, & diversum sit à vinculo voti: in communis hominum estimatione & equiparantur. Ad secundum nego priuilegium, dispensatio concessum, esse strictè interpretandum, ut laic probauit tract. de leg. disput. de priuilegio, & dispensationibus: tametsi priuilegium dispensando concessum strictè interpretatur. Neque obinde sit, priuilegium in bulla cruciata concessum ad vota communanda, non extendit ad Iuramenta. Tum quia priuilegia bullæ, quia sunt remuneratoria & in favorem publicum latam admittunt interpretationem. Tum quia hæc Iuramenta ob affinitatem & similitudinem cum votis sub votis comprehenduntur, argumentum legis tantum ff. de seruo corrupto, iuncta legi si quis seruo. Cod. de furtis. Ad tertiam respondeo: illud fieri, non quia necessarium, sed ut securius procedatur; & scimpuli cesserit, præcipue cum probable multo sit gaudenter potestam dispensandi, vel commutandi vota, non posse Iuramenta.

Propria verò auctoritate poteris hæc Iuramenta sicut & vota in rem euidenter meliorem commutare, cum non dicatur propositum seu promissum infringere, qui in melius illud commutat. Ut dicitur in d. cap. peruenit, el secundo de iurecurando. Et ita tenet Toletus lib. 4. sum. c. 23. n. 3. in nona editio. Valentin. 2. 2. diff. 6. q. 7. punct. 4. colum 5. ad finem. Bonacina tom. 2. diff. 4. q. 7. punct. 17. n. 10. Sanch. lib. 3. sum. c. 19. num. 9. Emanuel Sæ, verbo Iuram. num. 33. & alijs apud ipsos. Adduc Sanch. & Bonacina supra, (quod latius tract. seq.) examinamus litem esse decadum de te euidenter æquali, quia posita haec æqualitate redditur Deo, quod illi æquum erit; ergo si illi latius. Secus verò est, in promissione hominibus facta, quibus æquum erit, quod in se est æquum bonum, aut melius, unde non tenetur acceptare rem æqualem, aut meliorem ea, quæ sibi promissa est, sed in eadem specifica forma debet Iuramentum impleri.

P V N C T V M II.

Quæ Iuramenta in fauorem hominum præstita iritari possint, vel remitti, & à quibus?

S V M M A R I V M.

1. Personæ que potestatem habent dominatiuam, iritare possunt Iuramenta de materia sibi subiecta, & exemplis manifestatur.
2. Remissione seu condonatione creditoris de materia sibi promissa crebat Iuramentum obligatio.
3. Posset ne creditor Iuramentum præsumum principaliter in honorem Dei remittere si cedat in sui fauorem obligatio sub distinctione respondetur.

1. Regula ab omnibus Doctoribus recepta est, omnes illas personas que potestatem habent dominatiuam, iritare posse subditorum Iuramenta de materia sibi subiecta.

E 2. Gta.

De Relaxatione Iuramenti.

52

Ca. Probo discurrendo per singulas personas. Primo. Pontifex irritare potest Iuramenta de alienandis, vel non alienandis rebus Ecclesiae, de renuendo beneficio, de non augendo numero Canonorum, & non acceptando gradu Doctoratus in alia Academia, & similia. Quia sunt de materia dispositioni Pontificis subiecta; ac proinde censetur tempore excepta potestas superioris, & clementia de iurecurando. Sic Coart. de patris 1.p §.3 num.5. verl. 8. Sanch. lib. 3. in Decal. c. 20. num.1. Neque ad irrationem horum Iuramentorum via cauſa exigitur, sufficiens enim cauſa est, negandi tibi vobis materia subiecta Pontificis dispositioni, quod vere illa materia tua dispositioni subiecta sit. Sic Silvester verbo Iuramentum 5. q. 2. Azor. 1.p. lib. 1. infractionum moralium 2.9.9. & 2.10. in fine. Sanch. lib. 3. sum. 2.20. num.1. tametsi alij contrarium fenantur.

Secundo Episcopatus in sua Diocesis potest irritare Iuramenta, quo ipso inconfuso beneficiarii praliterant de materia eius dispositioni subiecta, ut si iurarent, non acceptare prebendam, neque Ecclesiæ feruire, potest Episcopus, si iudicaverit conuenienter cogere, ut acceptent, sicut cogit Gregorius Florensis Archidiaconum, & Florensum 85. distinct. Et nota ut Sanch. dicto lib. 3. sum. 2.19. num.7.

Tertio: Prelatus regularis, potest quocunque Iuramentum à religioso factum irritare. Quia ratione voti obediencia plene religio voluntas est Prelato subiecta: ita ut absque illius contentu nihil firmum stat posse. Sic Sotus lib. 8. de iustitia q. 1. art. 9. ad finem corpor. Petrus de Ledesma 2.11. sum. trac. 11.c.4. dub. 1. quos referit, & sequitur Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 20. num.3.

Quarto, vir ea Iuramenta vxoris in fauorem tertii irritare potest, qui fuerint de materia sua dispositioni subiecta. Cum autem marito non solum sua bona, sed etiam bona dotalia uxoris ei subiecta sint, leg. doce antillam, C. de rei vendicat. Effectus sane, quocunque Iuramentum de his bonis disponens irritari à marito posse. Sic Matienço, Gutierrez Sanchez, & alij statim referendi. Indo credo, hæc Iuramenta spacio iure Cattellæ nulla indigere relaxatione: cō quod obligatoria non sint. Prohibita namque est uxori sine licetia viri contractum, vel distractum habere, leg. 2. tit. 3. lib. 3. c. 2. cap. 1. Ego Iuramentum, afficiens talen contractum, obligatorium esse non potest, viptote factum in viri praedictum, & contra legis prohibitionem ex Textu in e. cum contingat de iurecurando, c. quatuor pactum de patris in 6. & ita tenet Matienço d. 1.2. Glos. In fine num. 18. Gutierrez. Authent. Sacramenta pauperum, à num. 4.2 & 1.p. de Iuramento confirmator. c. 1. n. 34. Molinatorm. 2. diff. 343. vers. de uxori, Sanch. lib. sum. c. 20. n. 3.

Aduerendum tamen est bona uxoris durante matrimonio dispositioni mariti subiecta esse. Quia ad sustinenda matrimonij onera conceduntur, leg. pro curibus, C. de iure dojum. At matrimonio dissoluto cetera subiectio: neque de illis maritus disponere potest, ex quo si si uxori disponar de suis bonis in tempore, quo matrimonium fuerit dissolutorum, vel morte viri, vel proprijs, pñamque dispositionem Iuramentum firmans non videatur maritus tale Iuramentum irritare posse. Quia non credit in eius praedictum, neque est de materia, quo eius dispositioni subiecta sit spectato tempore, pro quo sit dispositio. Sic Gutierrez. d.e. 1. num. 34 fine Sanch. d.e. 20. num. 3. Burgos de Paz cons. 2. num. 97.

Quinto, Dominus respectu serui irritare eius Iuramenta potest, si vergant in eius praedictum. Indo censeo, hac non indigere relaxatione, viptote obligatione carentia. At Iuramenta de materia, que fuerit extra eius dominium, irritare non potest, quia in illa materia non procedit iuris ut serui, sed ut liber. Sanchez dicto c. 20. d. 2. fine.

Sexto patres & tutores quæcumque Iuramenta, quibus pupilli, seu impuberes firmant contractum rerum suatum, irritare possunt. Quia secundum probabilem sententiam non sicut contractum. Indo spectata nostra sententia cum nulla obligatio, nec ciuilis, nec naturalis sit in his contractibus, nulla indigent hæc Iuramenta relaxatione, viptote cædenti supra materiam vanam & inutilem. Iuramenta vero, quibus puberes suatum rerum contractum firmant, non poterunt patres, nec tutores irritare. Quia ratione Iuramenta extracta est materia ab eorum dispositione, & minoris dispositione legis facti sunt maiores per Iuramentum. Quapropter non concedunt illi seftiorum in integrumseriam ex contractu levi sunt, ut bene adiuvet Lefsius lib. 1. c. 42. dub. 12. n. 61. ex lego 1. c. 2. C. si aduersus venditionem.

2. Secunda Regula est: remissione seu condonacione creditoris, de materia sibi promissa, cestare Iuramenta obligacionem. Quia cetera fundamentum illius. Deus enim in tantum obligari iuramentum vult, in quantum is, in cuius gratiam sit, optat esse obligatum, si igitur sit remittit obligacionem, & Deus remittere censetur. Posse autem eum, in cuius utilitatem cedit Iuramentum, hanc remissionem facere, nemini potest esse dubium: cum cuiilibet datum sit, debita libi remittere. Hæc

autem remissio non est proprie relaxatio, aut initatio. Quia neque est actus jurisdictionis spiritualis nisi poteratis dominio. Bonac. diff. 4. q. 1. de Iuramento pndt. 17. n. 3. Et tamen actus dominii in materia promissarii causa de causa ad irrationem reducitur. Quapropter ut hæc remissio cum habeat, debet materia Iuramenti in utilitatem remittere. Nam si in honorem Dei cedit, eis occasione transmisla sit, ut si iurares Petro te ingrellorem religionem, locum habere non potest hæc remissio, alij alios docet Sanchez. lib. 3. sum. 2.10. n. 9. ad primum.

3. Difficilas verò est: an possit creditor Iuramentum non perfidum principalem in honorem Dei remittere, eo quod tota obligatio in sui gratiā & fauorem cedit. Verbi gratia inutna pietatis promissi sub Iuramento aliqui pauperes elemolynt, poteritne pauperis obligacionem remittere?

Et quidem si pauperem non determinasti; claram est voluntatem illius qui possit obligationem remittere. Quia illud Iuramentum Deo est factum, & inducit rationem voti in neque res promissa cedit in gratiam huius pauperis determinari, sed huius vel illius ergo nullus est in particulari, qui possit remittere. Sane Sanchez. dicto lib. 3. sum. c. 20. num.8.

Verum si pauperem determinasti; probabilius est, & nihil certum temerite posse obligationem, non lenido promissum acceptare. Quia illud Iuramentum censetur raciam conditionem habere dummodo veli promissum acceptare is, de comodo agitur. Non enim, { ut bene ait Lefsius statim allegandus} intendis inutum ad beneficium acceptandum cogere, vel noleti obtundere. Ergo si ille nolit, vel condonare, non obligari, & cedat enim conditio, sub qua obligatio indebita est.

Quod vero Thomas Sanchez lib. 1. de sponsalib. et diff. 11. num. 7 fine 8. & 9. & Suan. lib. 2. de Iuram. 2.19. num. 8.1 & 12. Infinuit posse pauperem remittere obligationem iustitiae remanente Iuramentum si veli promissum impletum, nihil non probatur. Nulla enim ex sopraddictis Iuramentis obligatio iustitiae, aut fidelitatis in promittente oportet comparatione pauperis, sed tota obligatio est computatione Dei etio in pauperis vestitatem cedit. Quapropter nulla alia via potest pauperis obligacionem remittere nisi vel condonando promissum, vel lenido ilud accepere.

P V N C T V M III.

An in Ecclesia sit potestas relaxandi Iuramenta homini praestita.

S V M M A R I V M.

1. Certum est, hanc in Ecclesia esse potestatem.
2. Quæ sit legitima causa huius relaxationis.
3. An Iuramentum solvendico, que tuto ad creditum sunt acquistata, possit relaxari? Negat Sanchez, utrumque est oppositum.
4. Ob turpiditudinem creditoris relaxari Iuramentum potest.
5. An procedat hæc doctrina, si surpedito vestrum in exigendo Iuramento, & non in re iurata? Negat aliqua, sed contrarium est dicendum.
6. Concedi potest ab Episcopo relaxatio Iuramenti tenui mens extorti.
7. Possunt supradicta Iuramenta post commissum peritium relaxari.
8. Poteſt fieri hæc relaxatio sine manifestatione commissi peritii.
9. Primi regio bullæ, & alij priuilegiis concedentibus potestem dispensandi in votis iuratis, hæc Iuramenta inquit extorta relaxari non possunt, ut probaliter de fundatione.

1. Ceterum est Christum Dominum potestatem relaxandi Iuramenta in Ecclesia reliquise, viptote ad animorum salutem & rectam Ecclesiae gubernationem necessarium. Solum est spectandum; an ad ista causa iusta huius relaxationis. Nam ea secula nequit Pontifex hanc remissionem concedere. Quia Deus, cuius nomine eam concedit, non approbat, priuilegium namque hominem absque rationabilis causa iure libi quodlibet iniustum est. Ex quo sit, Pontificem non solum non posse absque causa legitima Iuramenta in gratiam hominum facta relaxare, sed nec commutare. Quia unum pro alio inutno creditore soli hequit; I. mutuum ff. si certum peritum. Si abbas c. peruerit, et segundo de iurecurando, Siluet recto Iuramentum, 4.9.20. Angel. ead. 5. num. 33. Sanchez lib. 3. sum. c. 21. num. 3.
2. Si autem roges. Quæ sit legitima causa huius relaxationis?